



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**LEGVM PON||TIFICIARVM GRE-||gorij noni, seu
Decretalium pentateu-||chus**

Mesnart, Martin

Parisiis, 1555

xxv. De officio sacristæ.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63486](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-63486)

De off. primi. & sacristæ.

stodi ecclesiæ, vt in sacrario propter infirmos eucharistia Christi non desit, præcipito. Infirmi ne sine confessione vel confirmatione corporis & sanguinis domini nostri Iesu Christi decedant, prouideto. de eo sacerdotibus præcipito. Eorum qui forinsecus adueniunt peccatorum confessiones ipse cum omnibus sacerdotibus recipito. Cum recepsit, per prouisionem pontificis magnam ipsis curam adhibeto. Ad Christianos faciundos, id est infantes baptifandos, & succurrendum, per iusionem illius sacerdotes omnia faciunto.

De officio primicerij. Tit. 24.

1. Vt primicerius.

PRIMICERIVS, velut Archipresbyter, Archidiacono subesto. Diaconibus & reliquis gradibus ecclesiasticis in ordine positus præsto. disciplinæ & custodiæ eorum insilito. Diaconibus lectiones, quæ ad nocturna clericorum officia pertinent, dato. de singulis studium habeto. In quacunque re capacem sensum habuerit absque vlla negligentiâ vacato. Sin minus, hi a quo ipse iusserit instruuntor.

De officio sacristæ. Tit. 25.

1. Vt sciat

SACRISTA quoque Archidiacono subiacesto. Custodia sacrorum vasorum, vestimentorum ecclesiasticorum, seu totius thesauri Ecclesiastici, item eorum quæ ad luminaria pertinent siue in cera siue in oleo, ad eius curam spectato.